

ridionalibus, durantibus etiam pluviis, trementibus ecclii fragoribus concutiantur omnia. Iisdem halitibus a calore elevatis pestem febresque malignas adscribit *Woodwardus*, cui regerit Noster, aliam rationem esse febrium epidemiarum, ipsiusque pestis, facile propagandas, ubi nec arsenici, nec noxii alias mineralis vestigium possit ostendti, imo ipsa febrium symptomata huic sententiae refragari. Succinam non esse substantiam gummam vel resinam Solis vi ex arboribus extractam, in fluamina & mare delapsam, ibique coagulatam & indurata, quæ antiquorum fuit opinio, sed esse potius fossile nativum, tempore diluviano in terræ, arenæ &c. stratis primitus repositum, dicit *Woodwardus*, quem tamen breviter refutat Noster. Mittimus alias ejus opiniones, circa superficie terrestris mutationes, fossilium figuratorum ortum, a Nostro notatas, hoc solum addentes, clarissimum Autorem in Dissertat. XX seu ultima specimen tentaminum simplicissimorum, quibus præcipuas Experimentalis Physique studii doctrinas in patria nuper Academia curiosis exhibuit, sistere.

RISPOSTA APOLOGETICA DEI P. MAESTRO
D. Guido Grandi Camaldolese &c.

Id eff,

P. MAGISTRI GUIDONIS GRANDI Camaldulenſis, Regie Celsitudinis Herrarie Theologi & Mathematici, atque in Pisana Academia Philosophie Professoris Ordinarii, Apologética Responſio ad objectiones A. M. in epistola ad Ill. B. T. contra ipsum motas; in qua data occasione Galileus atque Vivianus defenduntur, variaque circa doctrinam Resistentiae solidorum & circa vim Infiniti illustrantur.

Lucæ, apud Peregrinum Frodianum, 1712, 4.
Alph. i plaq. 13 cum fig. ligno incisis.

Duo sunt in secunda editione Tractatus de Quadratura Circuli & Hyperbolæ R.P. Gu. Grandi (de qua in Actis Suppl. T. V p. 260 dictum) quæ Alexander Marchetto Math. Prof. Pisano displi-